



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De morte VValteri clerici dispensatoris Lutharij Praepositi Bonnensis, cap.
43.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

auxilio illorum ab his diabolis liberabor. Quid cùm
delatus fuisset, clamauit: Reportate me: plures enim
hic dæmones video, quām in domo mea: erat enim
de villa Wurme. Sic miser relatus, & a dæmonibus a-
gitatus, expirauit, quam execrabile vitium sit vñfura,
in suis tormentis multis ostendēs. Quidam dixerunt,
se in ore & in guttere eius denarios vidisse. APOL-
LONIUS: Bene Apostolus auaritiam idolorum ap-
pellat seruitutem, cui sic dæmones simulantur. CÆ-
SARIVS: Auaritia heu, non solum in secularibus,
sed etiam in personis ecclesiasticis regnat, ei que fa-
mulatur.

Colos. 3:.

CAPVT XLIII.

Lvtarius Præpositus Bonnensis clericum ha- De Aus-
bebat nimis auarum, Monasteriensis ecclesiæ ris.
canonicum: & quia ex eius consilio idem Præ-
positus pendebat, multam pecuniam Walterus con-
gregauerat: qui cùm moreretur, nec vnum quidē de-
narium pro anima sua legauit. In ipsa hora mortis
eius, Godefridus ecclesiæ sancti Andreæ in Colonia
canonicus, coram domino suo Adolpho, tunc maio-
ris ecclesiæ Decano, & postea Archiepiscopo, in porta
clericorum dormiuit, cui talis visio ostensa est: Visum
est, quod prædictus Walterus pecuniā de magno cu-
mulo in tabula numeraret, & quod dæmon ex altera
parte in æthiopis effigie residens, illius computationē
diligentissimè consideraret: in ipsa computatione
Walterus frequenter ex ipsa pecunia aliquid furtiuè
vesti propriæ submisit, qua numerata, dæmon in hæc
verba prorupit: Computat argentum Walterus, sub-
trahit illud. Deinde manibus complofis, cum multo
cachinno subjecit: Plus quā ducentas subtraxit Wal-
tero marcas, (sic enim ex quadam superbia vocari so-
lebat.) Excitans dominum suum Godefridus, quid vi-
derit recitauit. Et compertum est, quod eadem hora
expirauit. Præpositus vero omnem illius pecuniam
tulit, afferens illam suam fuisse.

Cap.

